

Libri Primus

trahat. ut iuris sit. Si autem propria bona perluserit. aut quicumque modo a se alienauerit sua voluntate: dominus super ea bene alioque potest. quod seruo. soluere non tenetur. et sic domino pro bonis serui non est licitum respondere. Si autem seruo. suus equus vel alia bona. furtive aut spoliando. recepta fuerint absque serui culpa. in domini seruitio hoc oportet dominum soluere. seruo. et pro eo oportet. dominum respondere si super eum queruletur.

De bonis in deposito alicui commissis

Quicumque alteri bona sua dederit. ad seruandum aut in deposito posuerit. si sibi subtracta fuerit aut spoliatus eis fuerit aut combusta vel si mortuum fuerit: si equus: vel pecora fuerint. non debet aliquod damnum. per eis sustinere. si presumit iurare. quod absque sua culpa amissum fuerit. sed quod viro concessum: aut obligatum fuerit. hoc indestructum reddere tenetur. aut secundum suum valore soluere. Si autem moritur equus vel pecus. infra obligationem absque illius culpa cui obligatum fuerat. si hoc probauerit: et si iuramentum super eo prestare presumpserit. quod sine sua culpa. decesserit. non soluit. sed suam recompensam amittit. in qua sibi fuerat obligatum.

De debito in ludo taxillorum contracto

Si aliquis conqueritur. super aliquem per debito aut pecunia ludo aut taxillis acquisita et detasserata: pro eo sibi non habet respondere. ¶ Si aliquis etiam conqueritur super alium per ceteris preparatis. hic propior est obtinere iuramento quam ille ipsum euadere possit suo iuramento

De cassatione inscriptionis iudicialiter facte.

Qui se extraxerit a descriptione. et si solutus. iudicatus fuerit quod iudex tamen in eo obtinet suam penam. Et si sibi iudex faciteri voluerit. Ipse eum potest deponere per unum quem eodem interfuit iudicio quod nec captiuus apparuit nec proclamatus. Si autem iudex ipsum in posterum obiurare voluerit. ipsum in nullo ulterius obiurare potest. quam ad suam penam. si super eo testes habuerit. quod se extra descriptionem obiurauit

De salario de seruito per dominum seruo suo eodem die soluendo.

Si seruus deseruit precium. super suum dominum obiurgauerit. coram iudicio pro eo dominus ullam. iudici temeretur penam.